 seu dispositioe acquisita r̄ manēte. mot⁹
 non manet. vt dicit p̄h⁹ p̄mo de ḡnatiōe
 q̄ habitib⁹ p̄sentib⁹ in materia cessat mo
 tus: r̄ mobili existēte motus p̄t non exi
 stere q̄ r̄c. 2^o sic. entitas successiua nō
 est idem cum p̄manēte: s3 entitas motus
 est successiua. entitates aut̄ forme r̄ mo
 bilis sūt p̄manētes q̄ r̄c. Instat̄ contra
 istam cōclusionē. Et p̄mo. q̄ mot⁹ nō dif
 ferat a forma seu dispōitione que acquir̄it
 per talē motū. Et p̄mo sic. vnde cōmen
 tator 3^o p̄hificoz dicit: q̄ opinio que p̄dit
 q̄ mot⁹ ē idem cū termino q̄ est forma flu
 ens est verior r̄. v^o p̄hificoz dicit. q̄ mo
 tus nihil aliud ē q̄ acquisitio partis post
 partem. q̄ motus nō differt a forma/ seu
 dispositioe que acquir̄it per talez motū
 2^o probatur per rationem sic. sic se habz
 successio ad formam: sic simultas ad for
 mam simultatis: s3 forma simultatis nō
 est aliud q̄ ip̄a simultas. q̄ successio mo
 tus est ip̄a forma acquisita. 3^o sic. quan
 do aliqua differunt realiter realitate ab
 soluta deus potest facere vnum sine alio
 et aliud: sine alio sic p3. qz deus potest fa
 cere substantiam sine accidente: cum sub
 stantia sit p̄rior: r̄ accidens sine substan
 tia/ vt patet in sacramento altaris. ergo
 si motus realiter differt a forma. deus
 potest facere motum sine forma q̄ est in
 conueniens: et posset esse motus comple
 tus ante q̄ acquir̄at̄ur forma. Secun
 do p̄batur. q̄ motus non differt/ seu disti
 guitur a mobili. Et p̄o sic. nā dicit p̄h⁹
 e. iij.

2^o topicoy. motis nobis mouet omnia q̄ sūt
 in nobis. q̄ si mot⁹ nō ē idē cum mobili ⁊
 est i s̄bo mobili. sequit q̄ moto mobili mo
 uet mot⁹. ⁊ p̄ p̄ns mouet aliquo motu: ⁊
 sic mot⁹ erit mot⁹ alteri⁹ mot⁹: ⁊ sic erit
 p̄cess⁹ in infinitū. 2^o sic. quozūcūqz diu
 soz de⁹ pōt vnuz p̄seruare altero corrup
 to. q̄ si mot⁹ distiguit a re mobili de⁹ pōt
 p̄seruare motuz quozz mobili corrup̄to q̄
 est implicare p̄traditionē. 3^o ad ista. ⁊
 p̄mo ad rōnes q̄ pbāt. q̄ mot⁹ nō differt
 a forma/ seu dīspōitione. Et p̄mo ad dicta
 cōmētatoris. Et dico. q̄ cōmētator illud
 dixit 3^o p̄bificoy. de forma respectia que
 est mot⁹ ⁊ forma fluens: ⁊ nō de forma q̄
 acquirit p̄ talē motū. Et si dicat: q̄ illud
 intellexit de forma que ē dīspōitio. dico q̄
 dixit illud recitatie ⁊ nō asserctiue. vt p̄z.
 qz in. v. p̄bificoy. ille corripit se. ⁊ ad il
 lud qd̄ dicit. v. p̄bificoy. q̄ mot⁹ ē acqui
 sitio ptis rē. p̄cedo q̄ mot⁹ ē acquisitio p̄
 tis post p̄tem: s̄z tñ nō est illa forma n̄ ac
 quirit: s̄z ē acquisitio ptis illi⁹ forme. Ad
 2^m dico. q̄ si accipiat similtas in ordine
 ad p̄tes sic successio in ordine ad formam
 minor ē falsa. Ad 3^m dico. q̄ p̄cedo q̄ de⁹
 pōt facere qd̄cūqz absolutū sine alio a q̄
 differt reat: s̄z nō respectiū siue funda
 mēto ⁊ termino: vt dixi p̄^o p̄bificoy. mo
 tus vero ē qd̄ respectiū: ⁊ sic nō pōt esse
 sine forma/ seu dīspōitione: qz aliter esset
 cōtradictio: ⁊ sic dico q̄ nō pōt esse motus
 cōplet⁹ ante q̄ acquirit formam/ seu dīspōi
 sitio. 2^o respōdeo ad rōnes q̄ pbāt q̄ mo
 tus nō differt a re mobili. Et p̄mo ad il
 lud qd̄ dicit p̄b⁹. q̄ motis nobis rē. dico q̄
 illi in loco illo dicit circūstātiā ptis in toto
 qz totū mouet de p̄se. ps vero de p̄ccōns
 et nō dicit circūstātiā forme/ seu accidē
 tis existētis in s̄bo. qz vt dicit petr⁹ de a
 quila. li. 2^o. dif. secūda. q. secūda. q̄ quis
 s̄bm moueat ⁊ acquirit altū locū. accidēt
 seu forma inherēs s̄bo nō dī p̄p̄e moueri:
 nec de p̄se: nec de p̄ccōns/ cuz nihil acq̄
 rat q̄ nō hēbat/ eū sic semp in eodē s̄bo. ⁊
 sic ē de motu cū sic s̄biue in mobili ⁊ nō ē
 vt ps illi⁹. Ad 2^m nego añs: qz vt dixi su
 peri⁹ q̄ licet absolutū possit esse p̄ diuinā
 potētā sine alio absoluto/ siue sit p̄⁹/ siue

posteri⁹. nō tñ respectiū siue respect⁹ si
 ne fūdāmēto ⁊ termino: qz esset cōtradi
 ctio. Et hec de isto ca^o sufficiant.

2^o Am 6^m p̄bim omne q̄ mouet sue
 cessiue acquirat p̄tem forme/ seu
 dīspōitionis inquitēdū ē que sūt
 illa q̄ possūt moueri. Ad cui⁹ declaratio
 nem sūt aliqua notāda. Et p̄mo ē notan
 dum. q̄ ē differētia inter esse cōtinuū: et
 esse p̄tiguū. cōtinuū ē illud cui⁹ p̄tes co
 pulāt ad vnū terminū cōmunē: sic ē linea
 vel superficies ⁊ huiusmodi. cōtigua vero
 sūt illa quoz p̄ultima vel termini sūt siml
 et nō distāt: vt p̄na ⁊ p̄ gamenūz qñ ter
 mini eoz sūt simul. 2^o ē notandū. q̄ mo
 tus ē triplex: quidā ē augmētationis: vt
 quando acquirit q̄titas: quidā alteratio
 nis: vt quādo acquirit qualitas ⁊ quidā
 localis: vt quādo acquirit loc⁹. 3^o ē notā
 dum. q̄ mot⁹ etiam ē duplex: qz alius est
 naturalis/ ali⁹ violent⁹. mot⁹ violēt⁹ ē il
 le cuius p̄ncipiū ē extra nō p̄ferēte viz
 passio. mot⁹ vero naturalis ē ille cui⁹ p̄n
 cipiū ē intra de quibus dicit p̄bus vij^o
 p̄bificoy. q̄ omne q̄ mouet/ vel a se ip̄o mo
 uetur/ vel ab altero. Est enim differen
 tia inter istos motus. vnde mot⁹ natura
 lis in p̄ncipio est remiss⁹: ⁊ in fine inten
 sus. motus vero violent⁹ in p̄ncipio ē in
 tensus ⁊ in fine remissus. 4^o est notandū
 q̄ motum violētum philosophus. vij^o. p̄bī
 ficoyum diuidit in quatuor species. s. pul
 sionem: tractionem: uehotionem: ⁊ verti
 ginem. pulsionis enīz due sūt spēs. s. in
 pulsio ⁊ expulsio. impulsio est quādo mo
 uens non deficit ei q̄ mouetur. expulsio
 autem est quādo expellēs seu mouens de
 ficit. tractio vero est quādo mouēs alter
 ad se trahit ⁊ non separatnr ab illo q̄ ad
 se trahit. vectio est quando aliquid adhe
 rens alteri mouetur ad motum ipsius/
 siue sit impulsio siue tractio siue vertigo
 vertigo vō est mot⁹ composit⁹ ex tractiōe
 et pulsio est ingitū. 5^o est notādū. q̄ mo
 tuū localū ali⁹ est sur sū ali⁹ deorsū ali
 uis rect⁹ ali⁹ obliqu⁹: ali⁹ circūlaris/ siue fiat
 natura p̄/ siue violēt⁹. Istis presuppo
 sitis pono duas cōclusiones. Prima con
 clusio ē ista. q̄ quis nō omnia cōposita ex

materia r forma naturaliter sint mobilia motu augmentationis. tñ omnia possunt moueri motu alterationis r motu locali. Prima pars conclusionis patet de celo r de multis alijs dispositis. Secunda vero pars: etiam patet quod omnia composita ex materia r forma tam mixta quam non mixta sunt mobilia tam motu alterationis quam motu locali de motu alterationis patet quod omnia corpora composita possunt alterari r nouas recipere qualitates de motu vero locali. etiam patet ut patet per experientiam. Instatur contra istam secundam partem istius conclusionis de motu locali. nam multa sunt corpora fixa ut terra r lapides magni que non possunt moueri localiter. sed non omnia composita ex materia et forma sunt mobilia localiter. 8º ut dixi 2º philosophicoy. quod terra r lapides magni qui sunt in ea quous non moueant actu localiter sunt tamen mobilia localiter: quod si esset aliquid agens quod poneret ea extra locum suum naturale si dimitteret sue nature principium suum intrinsecum naturaliter mouerentur ad loca sua naturalia. Contra nam philosophum viij. philosophicoy dicitur quod mouetur ab alio mouetur. sed si terra r lapides magni per aliquid agens ponerentur extra locum suum naturale non possent moueri etiam si dimitterent sue nature amoto omni impedimento quod si sic non mouerentur ab alio quod est contra philosophum: quod tunc esset motus sine motore siue moueretur. 8º quod terra extra locum suum naturale posita moueretur ab alio dimissa sue nature non ab alio extrinseco sed ab alio intrinseco. quod a natura sua moueretur: r a grauitate moueretur deorsum ut dixi 2º philosophicoy. Et sic intelligitur dictum philosophi. quod omne quod mouetur ab alio mouetur. scilicet extrinseco vel intrinseco quod non oportet quod seipsum moueat ab alio extrinseco. Et cum dicitur quod tunc esset motus sine mouente. dico quod non sequitur. quod idem potest esse mouens et mobile. quod idem potest mouere se per principium suum intrinsecum. ut dicitur. viij. philosophicoy. Secunda conclusio est ista. quod non solum composita ex materia r forma mouentur motu alterationis r motu locali. sed etiam simplicia creature tali compositione sicut sunt angeli seu intelligetie que possunt sic transformari. Probat ista 2º sic omne receptiuum formarum alicuius generis quod non est determinatum ad aliquam unam illarum formarum nec est illimitatum ad

ipsas potest transformari ad unam illarum formarum ab alia. sed angelus est receptiuus alicuius qualitatis scilicet intellectus r voluntatis de nouo ut dicitur scoto libro secundo. dist. liij. et alicuius ubi definitiue. Quod patet quod cum angelus custodiat hominem mouetur ad locum ad quem mouetur homo: quod alias non posset eum custodire bene si non esset ubi est homo. patet etiam per illud quod dicitur luce primo quod gabriel angelus missus est ad mariam uirginem in ciuitate nazareth. Etiam patet quod sic anima separata beata potest moueri localiter. sicut patet de anima christi que descendit ad inferos. sed r angelus potest moueri localiter. Et per philosophum angelus potest moueri tam motu alterationis. eo modo quo succedunt recipere nouas intellectiones r voluntiones r motu locali. Instatur contra istam conclusionem. scilicet contra illud quod dicitur de motu locali: r probatur quod angelus non possit moueri localiter. Et primo sic. omne quod mouetur per terminum est in termino a quo r terminum in termino ad quem philosophum vi. philosophicoy. sed quod est indiuisibile. sicut est angelus non potest esse per terminum in uno termino et terminum in alio: quod non habet partem r partem que r. 2º sic. omne quod mouetur per partem partem sit spatium sibi equale quod maius. sed indiuisibile sicut est angelus non potest per partem partem esse: nec maius quod oportet quod partem partem sit spatium sibi equale. sed angelus est indiuisibilis. sed partem partem sit spatium indiuisibile: r sic spatium erit dispositum ex indiuisibilibus. quod im probatur a philosopho in principio. vi. philosophicoy. 3º sic. omnis motus est in tempore. sed omni tempore conuenit accipere minimum in quo potest minimum mobile moueri. ergo omni mobili potest accipi minus mobile in infinitum. sed hoc est inconueniens in angelo que r. 4º sic nam motus est actus actus imperfecti. sed angelus non est imperfectus que r. 5º sic quod non recipit in non quod. sed motus est quod ut patet per commentatorem. quod est acquisitio partem post partem: r angelus non est quod que r. 8º ad ista. Ad primum dico philosophum scoto r varronem. quod illa peculiaritas non est referenda ad mobile. sed ad ipsum spatium. ita quod illud spatium in medio semper se habet per respectum ad terminum ad quem r a quo sit talis sit medium spatium partem habet terminum a quo r partem terminum ad quem. Ad 2º dico. quod partem partem potest accipi partem partem spatium diuisibile vel indiuisibile si per indiuisi

c. vj

bili ppositio est falsa: qz tūc oportet con-
 cedere. q̄ erit dare p̄mam mutationē in
 motu locali: q̄ est cōtra p̄m. vi. phisico
 tū si aut̄ intelligit̄ de p̄trāsire spacium
 diuisibile tūc pōt̄ intelligi non de toto tō-
 ne toti⁹. s̄z de toto rōne ptis: ⁊ h̄nti ptes
 isto modo pōt̄ cōcedi maior. s̄z nō valet in
 pposito: qz angel⁹ nō tale ens habēs par-
 tes. Ad 3^m cōcedo. q̄ oī tēpore dato cōue-
 nit accipe minus tempus. s̄z ex hoc nō se-
 quit̄. q̄ in illo minori tēpore possit moue-
 ri min⁹ mobile nisi loquēdo de mobili cō-
 tinuo seu cōposito. Ad quartū dico. q̄ p-
 fectio est duplex vna substantialis ad quā
 angel⁹ nō mouet̄ alta accidētalis: ⁊ illa
 pōt̄ angel⁹ careere ⁊ ad eam moueri. Ad
 quintū cōcedo. q̄ q̄ritas p̄manēs nō pōt̄
 recipi in nō q̄to. s̄z q̄ritas successiua sic ē
 mot⁹ pōt̄ recipi in non q̄to. Et sic p̄z. q̄
 angel⁹ pōt̄ moueri localit̄. Et si forte dica-
 tur. q̄ si angel⁹ mouet̄. q̄ cōponit̄ ex mā-
 et forma. q̄ est cōtra p̄mā p̄tē p̄clusionis
 p̄na ista p̄bat̄: qz natura est p̄ncipiū mo-
 t⁹ ⁊ quietis s̄m p̄m 2^o phisicoy. q̄ in quo
 cūqz est mot⁹ ⁊ quies in eo est natura. s̄z
 in angelo est mot⁹. q̄ ⁊ natura. s̄z natura
 est materia ⁊ forma. q̄ in angelo est mā-
 et forma. 2^o p̄bat̄ etiāz p̄na sic. nam s̄m
 p̄m. viij. phisicoy oīe qd̄ mouet̄ diuidi-
 tur in duo quoy alterū est p̄mu⁹ mouēs
 et alterū p̄mū motū. p̄z de aiali in q̄ aia
 est mouēs ⁊ corp⁹ motū. q̄ si angel⁹ mo-
 uet̄ angel⁹ diuidit̄ in ista duo. s̄z illa duo
 nō possūt esse nisi materia ⁊ forma q̄ rē.
 3^o ad ista. Ad p̄mu⁹ dico. q̄ si natura
 accipit̄ solū p̄ materia ⁊ forma vt accipit̄
 p̄m nō est p̄ncipiū oīis mot⁹: ⁊ quietis
 sed solū motus ⁊ quietis mobilis compo-
 si ti ⁊ nō simplicis. Et si dicat̄ quomodo. q̄
 p̄m dixit̄. q̄ erat p̄ncipiū mot⁹: ⁊ quie-
 tis si nō est p̄ncipiūz oīis mot⁹. Dico q̄
 nō fuit de cōsideratiōe p̄hi intelligētias
 posse moueri. s̄z solū esse motrices solum.
 n. s̄m p̄m composita ex materia ⁊ for-
 ma sūt p̄ se mobilia: ⁊ ideo dixit̄. q̄ natu-
 ra erat in eis p̄ncipiū motus: ⁊ quietis
 nos vō qui hēm⁹ q̄ angeli possūt moueri
 et mouēt̄ hēm⁹ dicere. q̄ natura vt acci-
 pit̄ p̄ materia ⁊ forma nō est p̄ncipiū

mot⁹ ⁊ quietis in oīib⁹ mobilib⁹ vt p̄z in
 angelis. Et si dicat̄. q̄ istud dictū videt̄
 cōtradecere cuidam dicto. q̄ possui in for-
 malitatib⁹ in diuisione octaua vbi dixi an-
 gelos cōpositos esse ex materia ⁊ forma:
 Dico q̄ ibi in formalitatib⁹ dixi angelos
 cōpositos ex materia ⁊ forma non s̄m opti-
 nonē p̄pam. s̄z dicta aliq̄ doctoy recitan-
 do quos ibi nominant̄ nulla. n. cōpositio
 est in angelis s̄m scotū: ⁊ landulfū libro
 2^o. dis. iij. nisi ex genere ⁊ differentia ⁊
 ex s̄bo ⁊ accidētē: qz angeli possūt cōponi
 cum intellectib⁹ ⁊ volitionib⁹ suis que
 sūt accidētia. Ad 2^m vō dico similit̄. q̄
 oīe qd̄ mouet̄ si est cōpositū vt fuit de cō-
 sideratiōe p̄hi diuidit̄ in illa duo. s̄. in p̄-
 mū mouēs ⁊ p̄mū motuz: qz forma est p̄-
 mū mouēs ⁊ materia p̄mo mota. non t̄n
 oportet. q̄ si mobile est simplex q̄ in illa
 duo diuidat̄. Et si dicat̄ q̄ sequeret̄. q̄ di-
 ctū p̄hi. viij. phisicoy est falsū. s̄. oīe qd̄
 mouet̄ ab alio mouet̄. Dico q̄ s̄m int̄tio-
 nē p̄hi est verū. s̄. in cōpositis: ex eo q̄ nō
 fuit de ei⁹ cōsideratione simplicia posse
 moueri que mouēt̄ seip̄a cuz sint agentia
 p̄ cognitionē. Et si querat̄ q̄modo angeli
 possūt moueri. Dico q̄ possūt moueri mo-
 tu cōtinuo ⁊ motu discōtinuo mot⁹. n. cōti-
 nu⁹ ē qn̄ mobile mouet̄ dimittēdo p̄tē ac-
 q̄rēdo aliaz p̄tēz discōtinu⁹ est qn̄ mobile
 dimittit̄ simul totum locum. faciendo se si-
 mul totum i loco sequenti. Et sic dico. q̄
 pōt̄ se mouere motu cōtinuo applicādo se
 p̄ti post p̄tem ⁊ pōt̄ se mouē motu discōti-
 nuo dimittēdo s̄t̄ totū locū. porē ⁊ faciēdo
 se totū in loco sequenti. sicut si mouet̄ sup
 quatuor poma ordinate posita. Et si que-
 rat̄ si angelus potest se mouere ab ex-
 tremo in extremum nō p̄t̄ ansēdo me-
 diū. dico q̄ motu cōtinuo nō pōt̄ mouere
 se ab extremo in extremū nō p̄t̄ āseūdo
 mediū maxime si mediuz est aliqd̄ exte-
 moy: qz tale medium est causa cōtinuita-
 tis mot⁹ motu aut̄ discōtinuo bene pōt̄ se
 mouere ab extremo in extremū nō p̄t̄ ā-
 seūdo mediū. Instat̄ cōtra istud dictum
 s̄. q̄ angel⁹ pōt̄ se mouere motu cōtinuo
 ab extremo i extremū p̄t̄ āseūdo mediuz
 Et p̄mo sic s̄m. n. cōmētatorē quatto p̄hi

sicoꝝ successio in motu est ex resistentia
 mobilis ad motoꝝeꝝ, vꝛ mediꝝ ad mobilem
 vꝛ mediꝝ ad motoꝝeꝝ. sꝛ nulla istay cāꝝ ē
 ī motu angeli ḡ rē. 2^o sic. p rōnē pꝛi qꝛ
 to pꝛi sicoꝝuz ca^o de vacuo qualis est ꝓꝓoꝝ
 tio mediꝝ ad mediū: ꝛ mobilis ad mobile
 talis est ꝓꝓoꝝtio mot^o ad motuz. sꝛ inter
 media p que mouēꝛ corpus ꝛ angel^o nō ē
 ꝓꝓoꝝtio ꝛ cozꝓoꝝtis ad angelum nulla est
 ꝓꝓoꝝtio: qꝛ angelo nullum mediū resistit
 cozꝓoꝝti aut sic. ḡ isti duo mot^o non erunt
 ꝓꝓoꝝtionabiles: ꝛ p ꝓꝛis alter eoz nō est
 cōtinu^o: qꝛ omē qꝛtū ad omē qꝛtū est ꝓꝓoꝝ
 tionabileꝝ vꝛ eꝛgle vꝛ excedēs. 8^o ad ista
 ad ꝓꝛmū dico. qꝛ cōtinuitas mot^o in ange
 lis: nō accidit ex resistentia mediꝝ sup qꝛ an
 gel^o mouēꝛ acqꝛēdo sibi diuersa vbi diffi
 nitine ꝛ hoc successiue nec p h^o. qꝛ motus
 extēdit ad extēsiōez angeli vꝛ qꝛ ps ei^o
 succedit pti in loco cuz sit indiuisibilis. sꝛ
 qꝛ tot^o angel^o succedit sibi ꝓꝛi toti in dep
 dēdo vnuꝝ vbi: ꝛ acqꝛēdo aliud cōtinue
 ex spacio sup qd mouēꝛ qd ꝓꝛemat ex spa
 cij diuisibilitate: ꝓꝛ qꝛ angel^o non pōt si
 mul hēre omnia vbi diffinitine ī spacio il
 lo extēso: cum ita sit ꝓꝛsens huic pti puta
 ꝓꝛncipio miliaris. qꝛ non est ꝓꝛsens vltime
 pti ei^o depdēdo cōtinue vbi. qꝛ hēt ꝛ faciē
 do se ꝓꝛsētem in vbi qꝛ nō hēt. Et sic dico
 qꝛ aliqñ ꝓꝓoꝝtio resistentie mobilitū ad mo
 toꝝeꝝ est respectu spacij in acqꝛēdo: qꝛ vꝛ
 non pōt virtute motoꝝis mobile poni sup
 omēꝝ pte spacij. sꝛ fluit istam depdēdo ꝛ
 illaz acqꝛēdo quousqꝛ hēat termin^o intē
 t^o. Et si dicat. qꝛ resistentia angeli: ꝛ coz
 ꝓoꝝis nō sūt ꝓꝓoꝝtionabiles. Dico qꝛ falsū
 est respectu spacij: qꝛ sic corpus existens
 sub vno vbi cōmēsurāte nō pōt statim ac
 quireꝛ do vltimū terminū nisi depdēdo vbi
 et acqꝛēdo. ita dico d angelo respectu vbi
 diffinitine. Ad 2^m dico. qꝛ ꝓꝓoꝝtio mediꝝ
 ad medium: nō est accipiēdo semp penes
 plenitudiez mediꝝ resistentis ipi mobili qꝛ
 si esset vacuū ꝛ latera distarēt: posito qꝛ
 latera vni^o vacui distarēt p vnu^o miliare
 et alteri^o p tria si fierent mot^o in vtroqꝛ
 mobiliz eꝛgluz ꝛ ab eꝛgli virtute citi^o p
 trāstret vacuū vni^o miliaris qꝛ vacuum
 truz. sꝛ aliqñ resistentia mediꝝ est accipi
 enda ꝓ extēsiōe spacij supra. qꝛ fit mot^o

quā nō pōt siml ꝓꝛāstire mobile virtute
 finita. sꝛ successiue ita qꝛ dum ē sub vna
 ꝓꝛe sit cōtinue sub altera acqꝛēdo: cuz
 ḡ dꝛ. qꝛ eadē ē ꝓꝓoꝝtio spacij ad spaciū: cō
 cedo in extēsiōe: ꝛ cuz dꝛ qꝛ nō ē ꝓꝓoꝝtio
 mediꝝ ad mediuz in motu angeli ꝛ cozꝓo
 eis. dico qꝛ falsū ē in extēsiōe: ꝛ ideo eoz
 mot^o sūt ꝓꝓoꝝtionabiles. occurrit ꝓ ꝓꝛmū
 difficultas. s. si angel^o pōt moueri motu:
 cōtinuo ꝓꝛāstire mediū instāti. ad hoc
 dicit lādulf^o li. 2^o. dif. tertia duo. ꝓꝛmū
 ē qꝛ angel^o ꝓꝓria virtute non pōt moueri
 ī instāti accepta tota realitate quā inclu
 dit mot^o successiue. ꝓꝛbat istud dictū sic.
 mot^o nō pōt fieri in instāti sexto ꝓꝛi sico.
 sꝛ mot^o angeli ꝓꝛt includit totā realitatē
 cū successiue hēt verā rōnē mot^o ḡ rē. to
 ta rō tenet ex h^o qꝛ nullū successiuū vt sic
 pōt esse ī indiuisibili vt in mensura. In
 stat cōtra istud dictū sic. nō ē magis ꝓꝓo
 portionabile diaphanuz ad lucē qꝛ angelus
 ad qd cūqꝛ vbi: eo qꝛ nullū mediuz resistit
 sibi. sꝛ diaphanū in instāti illuminat. ḡ an
 gel^o in instāti ꝓꝛāstire mediū. ḡ ꝓꝓa vie
 tute pōt moueri ī instanti ꝓꝛāstire me
 dium. 8^o vno mō s^m qꝛ dicūt alij. qꝛ di
 aphanū illuminat. nō illuminat totuz ī in
 stāti sꝛ in tēꝓoꝝe. sꝛ illuminet ī tēꝓoꝝe imp
 ceptibili ꝓꝛ quā impꝛibilitate tēꝓoꝝis dꝛ
 illuminati ī in instāti. alio modo respōdet
 s^m qꝛ dicūt alij qꝛ alio modo se hēt āgelus
 ex ꝓꝓa virtute ad ipā vbi localia. ꝛ alio
 modo diaphanū ad lucē: qꝛ diaphanū recipit
 lucē totam simul: ꝛ ideo pōt recipere in in
 stāti angel^o aut qꝛuis sit disposit^o ad reci
 piēdū omē vbi oportet qꝛ recipiat ea ordi
 ne quodam: ꝛ p ꝓꝛis successiue. 2^m dictuz
 est. qꝛ angel^o diuina virtute pōt moueri
 in instāti ꝓꝛāstire mediū cōtinuū ꝛ h^o
 motu includēte in se totam suā realitatē
 ordine: tñ qdam nature. sꝛ nō durationis
 Istud dictum ꝓꝛbat ꝓ illam ꝓꝓoꝝtionē ꝓꝛi
 .vij. ꝓꝛi sicoꝝ si cāta virtus mouet intan
 to tempore dupla mouet in medietate tē
 ꝓoꝝis: ꝛ tñ qlibet inducit eꝛgle motus
 qꝛtitate si mouēt sup. idēꝝ spaciū videt ge
 nus. qꝛ infinita virt^o posset mouere in in
 stāti: qꝛ excellit virtutē finitā in infinitū
 nō qꝛ esset ibi ꝓꝛes mot^o sibi inuicē succe
 dētes duratione. sꝛ esset ibi omis ꝓꝛes mo

tus succedentes ordine nature. Instat
 cōtra istud dictum : qz videt̄ . q̄ angel⁹ p
 nullam virtutē pōt moueri in instanti p
 trāseūdo mediū cōtinuū . Et hoc sic si an
 gel⁹ posset moueri in instanti tunc simul
 erit in medio : ⁊ in termino ad quē . sed in
 q̄tū est in medio mouet̄ : ⁊ inq̄tuz est in
 termino ad quem q̄scit . ⁊ simul mouet̄
 et q̄scit . 2^o sic nō minoris velocitatis ē
 aia q̄ angel⁹ . s; aia p quācūq; virtutem
 nō pōt moueri in instāti q̄ rē . Maloz no
 ta est minor vō pbat̄ aia . n. nō pōt velo
 ci⁹ moueri sepata q̄ dū est in corpore : qz
 corp⁹ nō est sibi in on⁹ s^m augustinū . sed
 dum est in corpore non pōt moueri in in
 stāti . q̄ nec sepata . 3^o ad ista . Ad p̄mū
 dico q̄ cōcedo . q̄ simul esset in medio : ⁊
 in termino ad quem : ⁊ tñ dī q̄ simul mo
 ueret̄ ⁊ q̄sceret nego . s; bene seq̄t̄ q̄ pōt
 illud instās in quo est simul in medio : ⁊
 in termino ad quem q̄sceret : qz q̄es nō ē
 nisi in tempore s^m p̄hm . vj . phisicoy : ⁊
 tñ dī . q̄ cum est in termino ad quem q̄scit
 . Dico q̄ verū est . q̄ q̄scit postq̄ hit⁹
 est terminus ad quem p mutationē . Ad
 2^m cōcedo malozē . s; nego minorē : qz vir
 tute diuina aia sepata : ⁊ etiam coniūcta
 maxime in corpore glorioso pōt moueri
 in instāti p̄trāseūdo mediū cōtinuū licet
 virtute p̄pā nō possit sic nec angel⁹ . Et
 hec de isto ca^o sufficiāt

3
 c
 Am soleat dubitari de actiōe an
 sit mot⁹ : ⁊ mot⁹ actio inq̄rēdum
 est que sit differētia inter motū
 et actionē . v̄ si sint idem . Pro quo sunt
 aliq̄ notāda . 1^o p̄mo est notāduz . q̄ actio
 accipit dupl̄t . vno modo p om̄i opatione
 absoluta siue immanēs siue trāsiēs . vt
 sunt intelligere ⁊ velle calefacere domifi
 care : ⁊ huiusmodi de intellectiōe ⁊ voli
 tione dicit p̄h⁹ . vj . ethicoy . q̄ prudētia ē
 recta rō rex agibillū de alijs vō dicit ibi
 dem q̄ ars est recta rō rex factibillū . alio
 modo accipit actio p respectu agētis q̄ re
 fert̄ ad passū siue sit immanēs siue trāsi
 ens de q̄ tractat p̄h⁹ in p̄dicamētū cū pōit
 p̄dicamētū actiōis distictū ab alijs p̄dica
 mētis . Notāter dixi siue sit actio imma
 nēs siue trāsiēs : ex eo q̄ actionuz alia dī

immanens alia vō trāsiēs actio trāsiēs
 dī qua pducēs aliq̄d pductū p̄ter passio
 nē respectiua extra se relinquit vt calefa
 cere seu calefactio : qz ignis calefaciēdo a
 quā relinquit calozē in aq̄ ⁊ illuminatis
 relinquit lumen in aere actio immanēs
 est actio intra manens : ⁊ ista est qua ni
 hil pducēs p̄ter passionē respectiuam ex
 tra se relinquit / vt sunt intellectio ⁊ voli
 tio . nam intellectio qua intelligēs intelli
 git lapidem nihil pductū relinquit in la
 pide nisi passionē . s; intellectiōnē passiuā
 qua obm bēt esse intellectum . 2^m est no
 tādu . q̄ in actione trāseūte in creaturis
 cōcurrūt q̄nq; absoluta ⁊ sex respectiua
 vt p̄ ista actiōe q̄n ignis calefacit aquā
 nā absoluta sūt ista . s; ignis calefaciēs vt
 p̄ncipiū q̄ : ⁊ caloz pductiuus vt p̄ncipiū
 quo : ⁊ t̄pe act⁹ . s; calefacere ⁊ caloz in aq̄
 pduct⁹ : ⁊ aqua recipiēs calozē pductum
 sex respectia sūt ista : actio i agēte : ⁊ pas
 sio in patiente : pductio actiua : ⁊ pductio
 passiuā recte ⁊ recte . naz inq̄tū ignis
 agit i aqua sūt ibi duo respect⁹ . s; actio ex
 pte ignis agētis ⁊ passio ex pte aque pa
 tiētis . 2^o inq̄tū ignis pducit calozē sunt
 ibi alij duo respect⁹ . s; pductio actiua ex pte
 ignis pducētis : ⁊ pductio passiuā ex par
 te calozis pducti . 3^o inq̄tū caloz pduct⁹
 recipit in aqua sūt alij duo respect⁹ . s; re
 cipe ex pte aque recipientis ⁊ recipi ex p
 te calozis recepti . In actiōe vero imma
 nēte cōcurrunt q̄nq; absoluta ⁊ quatuor
 respectiua : vt p̄ in intellectiōe . nā abso
 lta sūt . qui intelligit ⁊ recipit vt p̄ncipiū
 q̄d ⁊ intellect⁹ vt p̄ncipiū q̄ : ⁊ obm conce
 ptū ⁊ intellectū ⁊ act⁹ intelligēdi elicitus
 ab ip̄a potētia : ⁊ noticia de obō cognito si
 ne cōcepto qui dicit v̄bū in nob . Et si dī
 cat̄ . q̄ noticia siue v̄bū dicit respectuz . di
 co q̄ lz sit verbū . tñ suū esse p̄ncipale est
 absolutū : ⁊ de p̄ma spē qualitatis : ⁊ h^o dī
 co in nobis qz in deo nō ē qualitas . quatu
 or respectiua sūt ista . s; intellectio actiua :
 et intellectio passiuā : cōceptio actiua : ⁊ cō
 ceptio passiuā . Primo em̄ inq̄tū intelli
 gēs intelligit obm sūt ibi duo respect⁹ . s;
 intellectio actiua ex pte intelligētis q̄ dī
 actio immanēs ⁊ intellectio passiuā ex pte

obi intellecti q̄ dī passio immanēs. 2^o in
 q̄tū intelligēs cōcipit seu accipit obm in
 esse cogto sine cōcepto sūt ibi alij duo res
 pectus. s. cōceptio actiua ex pte cōcipien
 tis seu gignētis noticiā de tali obo cōcep
 to: 2 cōceptio passiua ex pte obi concepti
 ex quibus seq̄t seu causat noticia hita de
 obo cōcepto que vocat verbū in nobis: qz
 s^m augusti. a potētia 2 obo parit noticia
 Ex quib⁹ p3. q̄ intellect⁹ pōt considerari
 dupl^r. Primo vt potētia opatiua. s. in q̄
 tum intelligēs p euz intelligit: 2 tunc ei⁹
 opatio. s. intellectio dī actio immanēs: 2
 tūc nihil. n. si passionez in passio extra se
 relinq̄t. 2^o vt potētia cōceptiua: 2 tūc cō
 cipit seu gignit noticiāz de obo cōcepto si
 ue cognito que dī verbū creatū in nobis
 cōsimil^r pōt exp̄plicari de volūate: 2
 de volitione. 3^o est notādū q̄ passio sumi
 tur q̄dupl^r. pmo p omi dispositione q̄
 litatia: 2 sic sumit cū dī pulcritudinē: 2
 turpitudinē esse passiones corporis 2 sci
 entias ac virtutes esse passiones aie. Se
 cūdo p motibus appetibilib⁹: 2 actib⁹ vi
 talib⁹ aie vt visio: auditio: dolor: 2 tristit
 cia de q̄b⁹ dicit p̄s in p̄dicamēto q̄litatis
 q̄ tertia spēs q̄litatis est passio: vt passi
 bilis q̄litas. 3^o accipit p motib⁹ seu dis
 positionib⁹ tēdētib⁹ i corruptionē: 2 sic in
 firmitas dī passio: 2 infirmū dicim⁹ pa
 ti. 4^o p opatione agētis respectiua rep
 ta in passio. Notanter dico p opatione:
 ex eo qz ab agente natāli tres effect⁹ sūt
 illati quidāz dī effect⁹ pmo illat⁹ ab agē
 te: vt ipa actio quidāz dī effect⁹ 2^o illat⁹
 ab agēte: vt ipa passio que mediāte actōe
 infer^r ab agēte i passio de qua dicit autor
 sex pncipiorū. q̄ passio est effect⁹ illatio
 qz actionis quidāz dī effect⁹ 3^o illat⁹ ab
 agēte vt est ipa forma pducta que mediā
 te passione infer^r 2 p̄ducit ab agente.
 exp̄plū ab igne calefaciēte aquaz pmo il
 latuz siue egressuz ab ipō igne ē calefactio
 actiua: 2 cum ipa insimul elicit^r caleface
 re qui est act⁹: 2 ista actio nō dī passio nī
 si largo modo accipiat passio. s. put ter
 minat in passio. 2^o illatū ē ipa calefactio
 passiua: 2 ista passio est passio respectiua
 mediāte q̄ paties refer^r ad agēs. 3^o illa

tū siue egressuz est calor pduct⁹: 2 iste ca
 lor pductus dī passio absoluta. de tribus
 p̄mis modis nō intēdo loqui hic d̄ passio
 ne. s. solū de quarto modo: 2 put passio ē
 respect⁹. Istis p̄suppositis pono tres cō
 clusiones p ordinē. Prima 2^o est ista q̄
 tam actio q̄ passio s^m scotū sūt forme res
 pectiue 2 formale dicūt respectus extrin
 secos adueniētes. Probo istam p̄clusiōez
 et pmo illud qd̄ est essētiāle ad aliud est
 essētiāle respectiū actio 2 passio sūt hu
 iusmodi q̄ rē. Maior nota est minorē ho
 pbo. nam impossibile est cōcipere actionem
 qm̄ cōcipiat aliqd̄ q̄ fiat p ipam actionez
 s^m p̄s in p̄dicamento actionis: ex eo qz
 p̄p̄m est actioni ex se inferre passionem
 Etia qz actio videt q̄dam factio que non
 pōt cōcipi sine s̄bo. 2^o sic q̄rūcūqz abstra
 ctōz ipa concreta sūt respectiua: 2 ipa ab
 stracta erūt respect⁹. s. concreta actionis
 et passiois sunt respectiua s^m p̄s. v. me
 t̄ba. vbi dicit. q̄ agēs 2 paties referunt
 in 2^o mō relationis q̄ rē. Maior p3. qz
 cū dicāt eādez rem cōcretū 2 abstractū i
 quocūqz genere ē vnū 2 reliquū: vt dixi
 in logica in p̄dicamēto q̄t̄tatis: 2 tobā
 nes canonic⁹ hoc idem dicit in 3^o p̄sico
 ruz in questione de actione. Quid sit res
 pect⁹ intrinsec⁹: 2 extrinsec⁹ satis large
 dixi i logica q̄e ibi i p̄dicamēto relatiōis
 Instat cōtra istam p̄clusiōez: 2 videt q̄
 actio sit forma absoluta: 2 nō respectiua
 Et pmo sic null⁹ respect⁹ est p̄oz natura
 suo termino. s. actio est p̄ior natura suo
 termino q̄ rē. Maior p3 cum sint simul
 natura s^m p̄s in p̄dicamēto relationis
 Minorē pbo qm̄ termin⁹ ad quē refer^r
 actio ē pduct⁹ p actionē. s. oē pductū ē po
 steri⁹ natura p̄ductione q̄ rē. 2^o sic nul
 lus respect⁹ ē vltim⁹ finis: 2 vltima p̄f
 ctio potētie actiue. s. actio ē vltim⁹ finis 2
 vltima p̄fectio potētie actiue s^m p̄s. s. p.
 met̄ba. nō em̄ videm⁹ vt hēam⁹ visū. s.
 ecūso. iō hēam⁹ visū vt videam⁹. 3^o sic.
 null⁹ respect⁹ idē pōt hēre plures termi
 nos immediatos essētiāle distinctos. sed
 actio hēt multos terminos. s. passionez 2
 formā pductā q̄ rē. 4^o sic. visio 2 intelle
 ctio sūt quedā forme absolute. s. ipa sunt

de genere actionis g̃ r̃c. Maior p̃z qz sūt
finis 7 vltima p̃fectio suay potētia: etiā
qz sūt p̃ductiue formay absolutay saltem
aliquē. s. intellectio q̃ ē hitus qui generat
ex actib⁹ 2º ethicoy: 7 tñ hit⁹ ē q̃litas s̃m
p̃hm in p̃dicamēto qualitatis: 7 q̃litas
ē entitas absoluta. Minore p̃bo qm̃ ois
opatio alicui⁹ forme ē quedā actio / ṽl pas
sio. huiusmodi aut̃ sunt q̃dam opationes
g̃ r̃c. 3º ad ista. Ad p̃mū dico ad illud
qd̃ d̃f q̃ null⁹ respect⁹ ē p̃or r̃c. q̃ duplex
est respect⁹ quidam sūt p̃ modū forme in
existentes vt paternitas filiatio vt dicit
scot⁹. d̃f. xxvij. p̃m̃ in reportatione alij
sūt p̃ modū ad⁹ secūdi sic p̃ductio que est
actio: tūc dico. q̃ licet om̃is respect⁹ p̃ mo
dū forme in existentis non sit p̃or ordine
nature suo termino 7 fūdamēto respect⁹
tñ p̃ modū ad⁹ secūdi sic: 7 lz sit natura
posterior suo fūdamēto. q̃ est cōmune oī
respectui. tñ ordine nature est prior suo
termino. nō tñ q̃ ordine nature termin⁹
seq̃t ip̃m sic respect⁹ seq̃t suū fūdamētuz
et hoc qñ talis respect⁹ est q̃dam causali
tas seu causa aliq̃ modo sui termini. Ad
2º dico ad illud qd̃ respect⁹ nō est vltimus
finis. Dico q̃ respectus pōt sumi dupte.
vno modo s̃m se formaliter ṽz vt excludit
terminū / vt calefactio pōt sumi vt exclu
dit calozē genitū. Alio modo pōt sumi vt
nō excludit. s̃z vt aliquo modo terminum
includit: 7 tūc dico q̃ lz actio nō sit p̃fectio
vltima 7 finis alicuius nature / vt exclu
dit terminū sic nec ali⁹ respect⁹. tñ bene
est p̃fectio vltima rōne termini quē attingit.
Ad 3º cum d̃f q̃ idem respect⁹ non
pōt hēre plures terminos immediatos.
Dico q̃ verū est p̃ se p̃mo sic. q̃ vn⁹ istoy
nō sit termin⁹ rōne alteri⁹ nō aut̃ est in
cōueniens: q̃ idem respect⁹ hēat plures
et distinctos terminos nō eql̃e 7 p̃mo sed
vnū p̃ se 7 p̃mo 7 aliū rōne alteri⁹ nunc
aut̃ sic est de actione. Et ad minozē qñ d̃f
q̃ actio attingit passionē 7 terminuz dico
q̃ non attingit immediate ista duo p̃ se eā
p̃mo nō. n. attingit siue respicit immedi
ate passionē nisi rōe forme in passo indu
te. ita q̃ p̃mo attingit terminū puta for
mā 7 rōne ei⁹ attingit passionē: ṽl forte

et ecōuetio. agēs p̃mo attingit passionē
et formā mediāte passionē: 7 sic hēt vnū
terminū p̃ se p̃mor aliū secūdatio. Ad
quartū dico. q̃ intellectio 7 volitio 7 simi
lia: nō sūt in g̃ne actionis formate. s̃z de
genere qualitatis s̃m scotū li. p̃º d̃f. vi.
lz s̃m dici sint de g̃ne actionis. sic scia est
de genere relationis s̃m dici. vt dixi in lo
gica in p̃dicamēto relationis: 7 ad p̃ba
tionē. s. ois opatio r̃c. dicit aliq̃ q̃ duplex
ē opatio quedā h̃ns terminū p̃ductuz ex
tra se in passo: 7 distinctū ab ea 7 posteri
ozē ea sic ē calefactio cui⁹ termin⁹ ē caloz
et de tali pōt cōcedi q̃ ē actio. alia ē opatio
nullū h̃ns terminū p̃ductū extra se i pas
so 7 distinctū ab ea: 7 talis nō ē d̃ genere
actionis. sic sūt intellectio 7 volitio: 7 visio
et auditio: 7 huiusmodi: nec obm̃ nec potē
tia ē termin⁹ taliū opationū cū vtrunqz
presupponāt. tñ tā p̃me q̃ secūde opatio
nes nō sūt respectiue s̃z absolute qz sūt d̃
genere qualitatis s̃m esse. lz s̃m dici sint
de g̃ne actionis. Et si dicat. q̃ opposituz
ē dictū i p̃mo notabili: vbi ē dictū q̃ intel
lectio 7 volitio sūt actiones immanētes.
dico q̃ illō nō repugnat isti dictio: ex eo qz
vt dictuz ē h̃ in fine dicit̃ actiones de p̃e
dicamēto actionis s̃m dici: 7 nō pp̃rie s̃m eē
ṽl pōt dici vt dicit scot⁹ li. p̃mo d̃f. vi. q̃
intellect⁹ hēt duplicē actū. vnū qd̃ ē d̃ ge
nere q̃litas: vt intelligere 7 iste ē pp̃
alius q̃ ē de g̃ne actionis qui ē dicere seu
gignere noticiā. in p̃mo notabili dixi de
ist o secūdo: 7 hic in respōsione dixi de p̃
mo: 7 sic nō est cōtradictio. Secūda p̃º ē
ista. q̃ nec actio ē passio nec passio ē actio
s̃z actio est in agēte 7 passio in patiente.
p̃ma ps̃ conclusionis. p̃z qz p̃dicamēta sūt
in pari mixta 7 ista neg̃tia ē necessaria
et immediata in qua negat vnuz genera
lissimū de alio s̃m p̃hm primo posterior.
Secūda ps̃ etiā p̃z qz actio de nominat
agēs 7 passio patiēs. g̃ actio est in agen
te 7 passio i patiente. Instat cōtra istam
conclusionē. Et p̃mo sic s̃m p̃hm 3º phisico
rū actio 7 passio sūt vn⁹ mot⁹ 7 q̃ idē est
act⁹ actiui 7 mobilis sic sens⁹ 7 sensibilis
qz nihil phibet esse actum agētis: 7 pati
entis sic idem est tunica 7 vestis. q̃ vide

tur dicere cōmētator. q̄ actio ⁊ passio sūt idem s̄m rem differūt rōne sic tunica ⁊ vestis. 7^o sic nam si actio ⁊ passio essent diūse entitates seq̄ret. q̄ agēs naturale nō posset p̄ducere aliquē effectuz q̄n pro duceret tres effectus v̄l plures. p̄ns est dissonū p̄bat p̄na: qz calefaciēs p̄ducēdo calozē p̄duceret calozē ⁊ actionē illā respectiua ⁊ actū calefaciēdi: ⁊ passionē respectiua in patiēte. Cōtra secūdam ptem cōclusionis arguit. Et p̄mo sic. nam si actio respectiua est in agēte. q̄ agēs in agēdo patit p̄ns est falsū ⁊ cōtra p̄hm 3^o phisicoꝝ. q̄ ⁊ āns. p̄na v̄o probat qz om̄e agēs in agēdo nouit recipit respectū actiōnis. q̄ recipiēdo illū respectū patit cum om̄is noua receptio alicui⁹ forme sit passio. 7^o sic si actio est in agēte distincta ab eoz de nouo recepta sequeretur q̄ agens naturale nō posset agere in aliquaz māz nisi infinitas tales actiones reciperet: p̄ns est falsū q̄ ⁊ āns. p̄na v̄o p̄bat qm̄ actio ē respect⁹ q̄ agēs refert ad passū: s̄ nullū agēs pōt agere i aliquā materiā nisi referat ad infinita i passio qz ad infinitas ptes eiusdē passi q̄ rē. 8^o ad ista. Ad p̄mū dico. q̄ aristotelia demonstrās de actioe ⁊ passione 3^o phisicoꝝ p̄mo loq̄t s̄m opinionē alioꝝ vbi cōcedebat p̄dictas p̄poficiones 2^o aut determinat de illis s̄m opinionē p̄pam dicēs nō om̄ino aut dicere ē nec doctio cū doctrina nec actio cū passio ne eadem p̄pe est. Ad 2^m dico. q̄ necessariū ē q̄ plures entitates cōcurrunt ad p̄ductionē rei absolute: vt dixi i 3^o notabil. Ad alia duo argumēta. 8^o ad p̄m̄ nego p̄sequētiā. qz nō q̄libz noua receptio ē noua trāsmutatio. qz sic relatio pōt alicui venire sine mutatione illius s̄m p̄hm. v. phisicoꝝ. ita actio aduenit agēti sine mutatione ei⁹: ⁊ sic agēs recipiēdo actionem respectiua: nec mutat: nec patit p̄ illā. de formis. n. absolutis intelligit q̄ ois noua receptio ē noua mutatio: ⁊ nō de respectiuis. Ad 2^m vero dico. q̄ non insurgit nouitas actionis ⁊ distinctio ex distinctioe p̄tū passi. s̄ ex distinctioe passioꝝ totaliū s̄ qz ad nullā opationē cōcurrūt infinita passia totalia. ergo nec infiniti respectus

s̄m quos agens refertur ad passū. Et si dicat q̄ simpliciter sup̄ p̄dicamēta dicit. q̄ actio dicit de actione ⁊ de effectu actionis q̄ videt q̄ actio nō sit in agēte cum sit idē cū passione cū dicat de effectu actionis. 8^o q̄ actio est duplex: qz q̄dam est q̄ nihil aliud est nisi respect⁹ quo agēs refert ad patiētem ⁊ ista est disposita vt dixi a passione ⁊ de ista loq̄mur hic alia est actio q̄ q̄dem est effect⁹ p̄me actionis: ⁊ ista pōt esse idem cum passione nō cum passione respectiua s̄ absoluta. Et d̄ istis dicit simpliciter. q̄ actio d̄r de actioe ⁊ d̄ effectu actionis. Et hoc ē q̄ dicit scot⁹ libro p̄mo dis. .vi. q̄ actio est duplex vna de genere actiōnis ⁊ ista est respectiua: ⁊ alia de genere q̄litate et ista est absoluta. Et forte de ista intellexit p̄hm 3^o phisicoꝝ: qm̄ dixit q̄ actio vn⁹ est actus cū passione: ⁊ q̄ est idem act⁹ actiui ⁊ mobilis ⁊ q̄t sūt vn⁹ mot⁹. Tertia p̄ est ista. q̄ actio put hic accipit nō est idem cū motu. s̄ est distincta reate a motu. Probo istam cōclusionē sic illud qd̄ trāsit alio p̄manēte est distinctū reate ab ip̄o. s̄ mot⁹ trāsit actione p̄manēte q̄ rē. Maior est nota minorē v̄o p̄bo de graui ⁊ leui cōstat. n. q̄ graue q̄ escit deorsū ⁊ leue sursū cessate motu. sed q̄scēs sursū v̄l deorsum hēt aliquā actionē positiuā om̄i trāseūte mutatione siue motu q̄ rē. Probo assumptū sic: q̄to aliq̄d est magis p̄fectū ⁊ in meliori dispositioe tāto magis ⁊ p̄fecti⁹ agit si est agens naturale v̄l pōt agere si est agēs liberū. s̄ graue q̄scēs in loco suo p̄prio magis est p̄fectū ⁊ in meliori dispositioe q̄ existēs sursū. q̄ tāto magis p̄fecti⁹ agit cū eius actio sit ei⁹ p̄fectio. Cōfirmat ista rō qm̄ nisi graue existēs deorsū hēret opatiōez p̄pam esse ibi sine p̄prio ei⁹ sine cum sua opatio sit ei⁹ vltim⁹ finis: cū q̄ graue existēs in loco suo p̄prio sit meliori ⁊ p̄fectio ei⁹ dispositioe q̄ existēs extra locū suū. sequit p̄ cōsequēs q̄ magis existens i loco suo p̄prio ē magis acti⁹ q̄ existēs alibi. s̄ nō ē ibi acti⁹ p̄ motū cū nō moueat q̄ rē. Instat cōtra istā cōclusionē: ⁊ p̄mo sic quoz opposita sūt eadē ⁊ ip̄a inter se sūt eadē. s̄ opposita mot⁹ ⁊ actiōis sūt inter

se idē. q̄ actio ⁊ mot⁹ sūt idē. Maior nota ē minor vero pbat. qz oppositū mot⁹ ē q̄es q̄ q̄ dē ē oppositū actionis. qz sic q̄n mouēs nō mouet cessat motus ⁊ q̄es erit ita q̄n agēs nō agit cessat ab actione ⁊ q̄e scit q̄ q̄es ē oppōita actiōi sic ⁊ motui. 2^o sic om̄is forma fluens siue successiua habēs ptē post ptē est mot⁹. s; actio actia cōtinua est forma fluēs successiue h̄ns ptē post ptē q̄ r̄c. Et ita si distiguat a motu essent in quocūq; motu duo mot⁹. q̄ ē falsū. 3^o ad ista. Ad p̄mū dico. q̄ cū d̄r q̄z opposita sūt eadez. r̄c cōcedo sed nego m̄i nozē: ⁊ ad p̄bationē dico. q̄ alia est quies oppōita actioni: ⁊ alia que ē opposita motui. q̄ p̄z q̄m sic p̄manente actione trāsīt mot⁹. ita pōt aliq̄d q̄escere q̄tū ad motū nō q̄eicēdo q̄tū ad opationez sine q̄ete oppōita opationi sue actionis talis. t̄n q̄esceret simple ⁊ p̄prie l; nō s̄m q̄d q̄m q̄es p̄prie opponit motui ⁊ nō actioni siue opationi: ⁊ ita q̄escēs quiete/ vt opponit motui simple q̄escit: l; nō q̄escat q̄ete oppōita opationi: qz alia ē q̄es opposita actioni ⁊ alia opposita motui. Ad 2^m dico. q̄ forma fluēs est duplex q̄dam que fluit p̄ se: ⁊ p̄mo sic q̄ de rōne ei⁹ ē q̄ fluat alia q̄ nō fluit p̄ se p̄mo. s; p̄ accidēs. ita q̄ nō est de rōne ei⁹ q̄ fluat: tūc dico. q̄ ois forma p̄mo modo fluēs est mot⁹ nō 2^o modo q̄n. n. aliq̄s mouet locale mot⁹ locale fluit p̄ se: qz de rōne ei⁹ est q̄ fluat: nō t̄n est sic q̄n aliq̄s agit nō est de rōne formalis actionis q̄ fluat sic p̄z s̄m p̄hm. v. p̄hificoy de relationib⁹. Et sic dico ad minorē. q̄ l; aliqua actio sit fluēs hoc nō est p̄ se. s; de p̄ accidēs rōne mot⁹ cum q̄ ip̄a cōfūgit actualē. Et hic difficultas si actio aliqua ē forma fluēs p̄ accidēs rōne mot⁹ cū quo cōtūgit si illa actio fūdat in motu illo rōne cui⁹ est forma fluēs. Ad h^o dico. q̄ actio nō pōt fūdari in motu sic. q̄ ei⁹ s̄m ⁊ fūdamētuz sit mot⁹. s; fūdat in potētia actia. Et si instetur. q̄ autor sex p̄ncipioy dicit q̄ actio fūdat in motu. Dico q̄ illa autoritas soluit seip̄s: qz sic dicit q̄ ois actō fūdat i motu ita dicit ⁊ ei⁹ q̄ mot⁹ fūdat i actione. ex q̄ seq̄t q̄ autor sex p̄ncipioy nō intēdit dicere q̄ mot⁹ sit

s̄m ⁊ fūdamētū actōis. qz tūc est h^o etiā actio fūdamētū siue s̄m mot⁹ q̄d ē circu l⁹. qz mot⁹ est fūdamētū actionis: et ei⁹ q̄ ē impossibile. s; solum intēdit dicere q̄ nec ē mot⁹ sine actōe nec ⁊ ei⁹ actō sine motu. accipiēdo motū large vt ē p̄uis ad motū successiui ⁊ diuisibilē ⁊ ad mutationē indiuisibilēz. Et hec de isto ca^o sufficiāt

4 i Gra vltimā ptē tertij p̄hificoy inuestigādū est si est dare aliq̄d infinitū circa deū in entib⁹ naturalib⁹. Pro quo sūt aliqua notāda. Et p̄mo est notādūz. q̄ infinitū s̄m p̄hm hic tertio p̄hificoy describit sic. vno modo infinitū est quo nihil est mai⁹. ita q̄ si ē infinitū s̄m extēsiōez nihil est mai⁹ eo s̄m extēsiōe: ⁊ si est infinitū s̄m intētiōem nihil est mai⁹ s̄m intētiōe. alio modo describit sic infinitū est. q̄ excedit. q̄d cūq; s̄nitū vltra om̄ez p̄portionez terminatam. alio modo describit sic. infinitū est cui nihil est extra se. i. q̄ in se includit om̄ez p̄fectionē. alio modo describit sic infinitū est cuius q̄titate accipiētib⁹ semp est ali q̄d extra accipe. 2^o est notādūz. q̄ infinitū est duplex. q̄dam est vltē: ⁊ extra gen⁹ vt de⁹ aliud est infinitū q̄i p̄ticulare et q̄titiuū infinitū p̄mo modo fūdamētale dicit essētā diuinam formale dicit carētā om̄is limitationis ⁊ finite p̄fectionis infinitū. 2^o modo cōsistit formale in successiōe ita q̄ ei⁹ rō est formale successiua. Et de isto infinito ⁊ nō de p̄mo est intētiō p̄sens. 3^o est notādū q̄ s̄m p̄hm hic 3^o p̄hificoy. q̄ infinitū d̄r triplex vno modo d̄r infinitū. q̄ nō est de genere trāsibilū sic vox d̄r inuisibilis: qz nō de est ḡne visibilū ⁊ isto modo p̄ct⁹ d̄r infinit⁹. 2^o modo d̄r infinitū. q̄ est de genere trāsibilū. t̄n hēt trāsītū incōsiderabile. i. difficile sic p̄fūditas maris. 3^o modo d̄r infinitū q̄d ē de genere trāsibilū vt utamē hēt transitū incōsumabile: qz simple caret vltē s̄m magnitudinē intēsiuā/ vt extēsiuā/ vt s̄m multitudine ⁊ de infinito isto modo q̄rit hic. Declarat istud notabile p̄ alia verba sic infinitū q̄titiuū est triplex q̄dam est negatiue ⁊ est. q̄ nō hēt terminū nec ē aptū natū hēre terminūz.

quonia ei⁹ natura nō ē capax terminatō
nis: sic vox dicit inuisibilis: qm̄ ei⁹ natu
ra nō ē capax: vt videat r̄ isto mō p̄ctus
dicit infini⁹. aliud ē infinitū p̄ctue v³
q̄ nō hēt terminū: ē tñ aptuz natū hēre
terminū: vt si de⁹ p̄uatet lineā a p̄ctis
terminātib⁹ ipa esset infinita p̄ctie per
carētā terminō cū aptitudine terminā
di derelicta, v³ si hēt terminū hēt illū in
cōsiderabilē .i. difficilē r̄ sic dixit p̄h⁹ q̄
erat p̄fūditas maris qm̄ hēbat trāsitu i
cōsiderabilē ac si nō hēret terminū. ali⁹
est infinitū p̄ctie. Et istō ē triplex qm̄
quōdā ē extensū: vt si de⁹ faceret quādā li
neā in infinitū extēsa. aliud ē intēsu: vt
si de⁹ faceret albedinē hētē infinitas p̄f
ctiones. aliud ē distictie: vt si de⁹ faceret
aliquā multitudinē infinitā, v³ numerū
infinitū. h̄ nō querit de infinito negatie
nec de infinito p̄ctie: s̄ de infinito p̄cti
ue. 4^o ē notādū. q̄ p̄h⁹ 3^o p̄hificoy attri
buit infinito p̄ctio quiqz p̄ditōes. Pr̄ia
est ista. q̄ infinitū ē cui⁹ q̄ritatē accipiēt
bus semp ē aliqd accipe v³ sumere extra
s̄ h^o p̄petit rōni successiue nō p̄manēti vt
sēp ad extra aliquid. Secūda p̄ditio ē. q̄
infinitū hēt rōnē imp̄cti r̄ incōpleti: et
hoc p̄petit rōni successiue r̄ nō p̄manēti:
vt p̄manēs ē. Tertis p̄ditio ē. q̄ infinitū
nō hēt rōnē totū: s̄ p̄ctis. totū em̄ ē q̄ hēt
ōmē illud qd̄ adesse ei⁹ ē p̄ctēs r̄ illud cō
stituit. infinitū aut̄ rōne qua ē infinituz
semp̄ petit aliqd: r̄ ideo nō erit ps̄ quam
petit i actu. h^o aut̄ p̄petit rōni successiue
et nō p̄manēti. Quarta p̄ditio ē. q̄ infi
nitū nō p̄ctinet: s̄ potū p̄ctinet. totū aut̄ ē
cōctinere: s̄ p̄ctis ē p̄ctineri. hoc aut̄ p̄petit
rōni successiue r̄ nō p̄manēti. Quinta cō
ditio ē. q̄ infinitū ē ignotū inq̄tū infinitū
cui⁹ rō est qm̄ ps̄ q̄ sumit i actu hēt se ad
carētā finis terminatōis: sic aliqd̄ actua
le ad aliqd̄ qd̄ ē impossibile. q̄ autē caret
actu ē ignotū: qm̄ intellect⁹ semp̄ actuat r̄
finitat illud qd̄ intelligit. illud aut̄ cōpe
tit rōni successiue r̄ nō p̄manēti: vt p̄ma
nēs est. Ex quo sequit̄. q̄ formalis rō in
finiti ē successiua. Istis p̄suppositis po
no quiqz p̄clusiōes p̄ ordinē. Pr̄ima 2^o ē

ista q̄ i entib⁹ naturalib⁹ nō pōt esse actu
infinitū intēsiue: nec de⁹ tale facere pōt.
Istaz p̄clusiōnē p̄bo. p̄mo sic. infinitū i
tēsiue p̄ctinet om̄ez p̄fectionē factā r̄ possi
bilē fieri: s̄ nō ē possibile aliqd̄ eē extra
deū q̄ p̄ctineat om̄ez p̄fectionē factā r̄ possi
bilē fieri q̄ r̄c. 2^o sic. q̄ repugnat effectui
nō pōt poni i effectui. s̄ infinitas intēsiua
repugnat effectui q̄ r̄c. Maior p̄z. mior
p̄bat. qz infinitū nō depēdet: s̄ effect⁹ de
pendet. q̄ infinitū repugnat effectui. 3^o
sic. nullū mēsuratuz ē infinitū: s̄ q̄cqd̄ ē
citra deū ē mēsuratuz: qz causa equiuoca
que p̄ctiet v̄tualiter effectū ē mēsurā effe
ctus q̄ r̄c. Instat̄ p̄tra istā p̄clusiōnē sic
deus pōt facere infinitos ignes cū calori
bus suis: s̄ ex infinitis calorib⁹ resultat
infinitū intēsiue q̄ r̄c. Minor p̄z. maior
vero p̄bat. i qualibet hora diei sūt infini
ta instātia: s̄ in quolibz instāti de⁹ posset
p̄ducere vnū ignē r̄ euz p̄seruare. q̄ i to
ta hora diei p̄duceret infinitos ignes. 2^o
sic. nā si infinitas intēsiua repugnat en
ti naturali puta albedini. h^o nō esset nisi
qz albedo esset extra limites sue p̄p̄e natu
re specificē: s̄ h^o nō. qz ymo esset magis
infra limites sue nature q̄ finita: qz albe
do magis intēsa magis pōt disgregare q̄
m̄n⁹ intēsa q̄ r̄c. 3^o ad ista. Ad p̄mu³
nego maiorē. Et ad p̄batōnē dico. q̄ in
finitū ē duplex: vt p̄z 3^o p̄hificoy. qz qd̄
dam est infinitum in actu p̄fecto. r̄ qd̄
dam est infinitum in actu p̄ximixto potē
tie cuius esse est in fieri: ita q̄ acceptum
semper est finitum quīs in accipiēdo p̄
cedamus in infinitum. exemplum philo
sophi est ibi de diebus agonistatuz r̄ cō
cedo q̄ deus pōt facere infinitos ignes vt
infinitum est in actu p̄ximixto potentie
scilicet procedendo in infinitum: sed quib
bet ignis est finitus. Et cum dicitur. q̄
in qualibet hora sunt infinita instātia.
dico q̄ verum est in potentia: non in actu
sicut in linea sunt infinita puncta in potē
tia: r̄ sic in actu simpliciter: nec possūt ef
se infiniti ignes: nec infiniti calores Ad
secundum dico. q̄ concedo q̄ albedo esset
f. j.

extra limites sue nature specificè si esset
 infinita. ex eo quàm sibi repugnat cōtradi-
 ctorie infinitas. Secūda 2^o ē ista. q̄ nec
 in entib⁹ naturalibus pōt esse actu infini-
 tum extrēsiue s^m magnitudinē: nec de⁹ il-
 lud pōt facere. Istā cōclusionē p̄bo. Pri-
 mo sic illud non ē factibile qd̄ implicat cō-
 tradictionē: sed esse magnitudinēz infini-
 tam implicat p̄tradictionē. q̄ nō potest fi-
 eri. Maior nota ē. minor vero p̄bat. es-
 se infinitū vt sic ē indepēdēs: esse autē m-
 factum est depēdēs. q̄ si deus faceret ma-
 gnitudinē infinitāz. ista magnitudo esset
 depēdēs: et nō depēdēs que sūt p̄tradictō-
 ria. 2^o sic. illud qd̄ ē minus infinito ne-
 cessario ē finitū: vt p̄z p̄ p̄hm. viij. phi-
 sicorū. s; omne aliud a deo ē minus infinito
 qz est min⁹ deo. q̄ nihil aliud a deo pōt es-
 se infinitum. 3^o p̄bat p̄ rōnes phi 3^o phi-
 sicorū quaz vna ē. nullum terminatum su-
 perficie ē infinitum: s; omnis magnitudo
 est terminata superficie. q̄ nulla magnitu-
 do pōt esse infinita. alia rō est omnis ma-
 gnitudo ē mobilis que est i loco: sed nulla
 magnitudo infinita pōt moueri. q̄ nō po-
 test esse aliqua magnitudo infinita. Ma-
 ior p̄z. minor vero p̄bat. si magnitudo i
 finita pōt moueri: aut mouet motu recto
 et hoc nō. qz iam nō esset infinita: qz ha-
 beret aliquē locum extra se ad quē posset
 moueri aut moueret motu circulari. isto
 modo q̄ ymaginet vnum cētum et ducā-
 tur linee a cētto ad circūferētiā linee
 erūt distāctēs in infinitum. qz distāctia
 que interiacet ē infinita: s; infinita distā-
 ctia nō potest p̄rāsiē q̄ rē. alia rō est ista
 illa magnitudo infinita: aut est naturalis
 aut mathematica. si ē naturalis q̄ ē fini-
 ta. qz omniū natura cōstātuz cert⁹ et de-
 terminat⁹ ē numer⁹ magnitudinis et au-
 gmētū ex 2^o de aia. si autē ē mathematica
 ergo hēt hitudinē ad magnitudinē natu-
 ralem: s; magnitudo naturalis est finita
 q̄ rē. Instat p̄tea istam cōclusionē. Et
 p̄mo sic. omne totum cōstitutum ex p̄ribus
 infinitis necessario est infinitum: s; omne
 cōtinuuz est huiusmodi q̄ rē. Maior p̄z
 ex eo. qz nullū finitū pōt cōstitui ex in-
 finitis: nec infinituz ex finitis. minor vō

p̄bat. nā omne diuisibile i infinitū hēt a-
 ctu aliqua actu cōstitutū s^m q̄ ei⁹ diuisio
 pōt durare i infinitū: s; si incōtinuo non
 esset ptes infinite: diuisio ei⁹ nō posset du-
 rare i infinitū. qz ex q̄ facte sūt finite pos-
 sūt esse om̄s accepte. 2^o sic. de⁹ pōt dare
 illud magnitudini q̄ nō ē sibi repugnās
 s; finitas: et infinitas non repugnāt ma-
 gnitudini s^m p̄hm p̄o phisicorū vbi dicit.
 q̄ finitū et infinitū cōtūti cōgruit q̄ rē:
 Probat etiā minor. qz nulla passio adeq̄
 ta alicui s̄bo repugnat illi s̄bo: s; finitas et
 infinitas ē passio distīctā ip̄i cōtūti ade-
 quata q̄ rē. 2^o sic. pl⁹ pōt de⁹ facere q̄ hō
 cogitare: sed hō pōt cogitare aliqd̄ infini-
 tū in actu q̄ rē. Maior vō p̄bat. potētia
 dei ē infinita tūc p̄ducatur magnitudinē cō-
 tā pōt talis magnitudo p̄ducta: vel ē fini-
 ta: vel infinita: nō finita quā de⁹ est sup̄ qd̄
 cūqz finitū et sic pōt maiorē p̄ducere et si
 est ista magnitudo infinita hēt p̄pōituz.
 Minor etiā p̄bat. qz ymaginatio nō de-
 cipit: s; ymaginatio dicit extra sensū esse
 spaciū in infinitū. q̄ hō pōt cogitare ali-
 quod infinitū. et p̄ p̄ns de⁹ pōt facere illū
 4^o sic. aut vniuersū ē infinitū: aut nō. si
 est infinitū hēt p̄pōituz: si nō ē infinitū. q̄
 claudit aliquo et quero de illo quo claudit
 qz aut est infinitū: aut nō: si infinitū hēt
 p̄pōituz: et si ē finitū. q̄ claudit aliquo et q̄
 tam de illo sic de p̄ori et sic i infinitū. 3^o
 ad ista. Ad p̄mū dicit thomas anglic⁹.
 q̄ incōtinuo sūt duplices ptes quedā sūt
 potētiales: et quedāz actuales. ptes actua-
 les dicunt ptes eiusdē cōtūti: vt ex nu-
 mero et cōtūti talīū p̄tiū cōsurgit magni-
 tudo totū. Et ptes vō potētiales dicūt p-
 tes eiusdē p̄pōitiōis et s^m numex istaz p̄ti-
 um nō variat totū s^m mag⁹ tudinez: et par-
 uitatez quā tot sūt ptes i grano millī sic i
 toto vniuerso: quā vtrobiz infinite p hoc
 dicit q̄ licz incōtinuo sint infinite ptes po-
 tētiales: nō tñ actuales. Petē de aq̄la di-
 cit li^o p̄o. dist. xliij. q̄ infinitū ē duplex s^m
 p̄hm 3^o. phi. vt dixi in respōsiōe p̄mi ar-
 gumenti p̄tea p̄mam cōclusionem. est. n.
 infinitū in actu p̄fecto: et est infinitum
 in actu p̄ mixto potētie cuius esse est
 in fieri: ita q̄ acceptuz semper est finitū

